alij vero ieremiam: aut unum ex prophetis. Dicit illis ihesus. Vos autem quem me esse dicitis? Respondens symon petrus: dixit. Tu es christus: filius dei vivi. Respondens autem ihesus: dicit ei. Beatus es symon bariona quia caro et sanguis non revelavit tibi: sed pater meus qui in celis est. Et ego dico tibi quia tu es petrus: et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Et porte inferi: non prevalebunt adversus eam. Et tibi dabo: claves regni celorum. Et quodcumque ligaveris super terram: erit ligatum et in celis. Et quodcumque solveris super terram: erit solutum et in celis. Credo in unum deum.

Off.